



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem
sicut passer.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

IN DOMINO confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmígra
in montem sicut passer.

HUNC psalmum de Hæreticis sancti patres intellexerunt, & recte, modo
hæreticos intelligamus omnes qui alienam a iusticia dei docent iusticiam, qua
les iudei & omnes operarij seu iusticiarij, quorum hodie Ecclesia referta est,
n̄ maxime qui hæreticos persequuntur. Nam primo uerbo, quo psalmum in
choat (In domino confido) satis euidenter indicat scopum psalmi, nempe se
locuturum pro iusticia fidei, quæ est in deum, aduersus subdolos operum ma
gistros, & blandam humanæ iusticiæ speciem. Itaq; nihil hoc psalmo de perse
cutionibus, sed omnia de fallacijs dicuntur. Quas Paulus Col. iij. copiose perse
cutitur, inter alia dicens: Videte, ne quis uos seducat per Philosophiam & ina
nem fallaciam, sed in traditionem hominum, sed in elementa mundi, & non
sed in Christum &c. Sic autem tractat hos fallaces Magistros, ut eos incorrigi
biles astruat, solius dei iudicio reseruos, nec alia re consolari pios posse in hac
causa, nisi iudicio iusto dei, interim exemplo Christi sinendos esse, ut ceci ca
Referendus tamen maxime est psalmus ad initium Ecclesiæ, quo spectant fere
omnium Prophetarum oracula, in quo maximus (propter Christum) mundi
tumultus excitatus est.

Dicit itaq;

In domino confido, Hoc est, hæc mea est iusticia, credidisse & sperasse in do
mino. Sicut Ro. i. iustus ex fide sua uiuet. Hæc est enim petra, supra quam ædi
ficauit domum meam. Vos autē, qui aliud docere præsumitis animam meam,
dum hoc & illud opus iactatis, in quo me saluum fieri cõfidam, sic accipio, ac
si me iubeatis profugum & incertum uolare, ut nunc q̄ mihi sit fixa & firma
conscientia, sicut auis, quæ dimisso nido in montes uolat, & huc, illucq; moue
tur, nusq; certa mansione cõsistens. Sic Prouer. xxvij. Sicut auis transmigrans
de nido suo, sic homo, qui reliquit locum suum. Non autem putandum est, opera
rios illos fallaces sic dicere, cum cõtra sua potius studia pro firmissimis certissi
misq; salutis haberi uelint fundamentis, longe etiam amplius præ, ueræ fidei
& solidæ iusticiæ, petra. Nihil enim certius sibi persuadent, neq; firmiter q̄ sua
opera. Sicut eos Abdias taxat: Si inter sydera posueris nidum tuum, inde detra
ham te, dicit dñs. Ibidē: Superbia cordis tui exaltauit te habitantē in scissuris
petrarum &c. Immo nihil aliud iactat se docere, q̄ fidem, spem, & charitatem,
uoluntq; soli esse qui cõfidunt in dño, ac pro hoc pugnat. Sed q̄ reuera ita sit,
si quis eis obtemperet, ut pro solida petra, uagos montes, & pro securo nido,
instabiles fluctus cordis inueniat. Nam hæc est origo litis incomponibilis, &
assidue inter ueraces & fallaces, q̄ utriq; sua studia asserunt solida esse, donec
dñs ipse iudicet. Sicut inter Esau & Iacob in utero Rebeccæ. Et inter mulieres
meretrices, de filio mortuo & uiuo, Salomon. Neq; eni hic determinatio Eccle
siæ satis est. Sicut pbauit Ariana & omnium hæresum factio, donec suo tem
pore dñs finem faciat, ut hoc psalmo consolamur.

Igitur quicumq; omisso Christo, in Ecclesia docent suas operatiunculas,
a se repertos uiuendi modos, ut hodie sunt magni harum perditionum gurgi
tes (sicut & Ioannes Taulerus sapius & egregie monet) non aliud faciunt,

Ioannes
Taulerus.

Y ij nisi

Quid humanarum traditi-
ticulari magistri faciat.

nisi quod conscientias excarnificant, semper discentes & ad scientiam uirtutis nunquam peruenientes, tantum speciem pietatis habentes & uirtutem eius abnegantes, captiuas ducentes, mulierculas oneratas peccatis: Reuera enim peccatis magis onerant & inquietant, quam exonerent & consolentur. Huc pertinet Doctores satisfactionum, indulgentiarum, modorum confitendi, & inuentionum eiusmodi infaniarum. Vos ergo (ait Dauid) me docebitis uestra, quod loquar, ero amissa fiducia in domino, sicut profuga auis amisso nido: Absque enim sequar. Vnde dictio, תַּמְיִגְרָא, יָבִיבָא in hebraeo eiectionem, profugam, uagam, motionem significat, ut Gen. iij. Vagus & profugus eris in terra. Et infra Habitabat in terra Naid (id est, profugus) Vnde & signum quod dominus in Cain posuit, ne interficeretur, tremor scilicet, his ipsis, conuenit phrenapatis, id est, mentium deceptoribus, quod nunquam non habeant trepidam & pauidam conscientiam, quantumlibet operentur sua bona, quin imagine sui patris, merentur. Non enim est pax impijs, ait dominus Isaia, xlvij. Sed sicut mare feruet impius, & redundant fluctus eius.

Hebraum ergo sic redderem: In domino speraui, quomodo dicitis animae meae: Moue montis auis: id est, esto in montibus profuga quaedam auis. Aduerbum, sicut, non est in textu, uult enim dicere: Esto uaga auis montis. Est enim Allegoria. Et mons, hoc loco proprie significat multitudinem motuum, quales sunt in deserto & syluis a cultu & frequentia hominum remoti, ut indicet, proprie animam profugam & a fiducia sua nido, in deserto eiectionem. Eadem enim dictio hic ponitur, quae Isaia, xl. Aspera (id est, motosa) in uias planas. Cum talia motosa sint & inuia & impedita. Vbi satis indicat per Christum reduci animas a motibus istis, id est, montuosis & inuijs iusticijs, ad facilem & planam in fide iusticiam. Deinde cum sint ex iusticiae difficiles & amfructuosae & dispendiosae, sicut montium talium uia, nihilominus tamen in flantur & superbiae sunt, ut eas altitudine montium necesse fuerit significari. Ac sic Propheta eodem uerbo simul & miseriam & superbiam expressit eorum, ut qui de ea re gloriarentur, in qua laborant miserime, cum lametari potius debuerint. Hanc iusticiae infelicitatem superius audiuius dici, Auen & Amal, id est, dolorem & laborem.

Hoc parum refert, quod hebraus Auen generali nomine, non passerem speciatim liter habet צִפּוֹר zipor.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Hieronymus sic: Quia ecce impij intenderunt arcum, posuerunt sagittam suam super neruum, ut sagittent in abscondito rectos corde. Mediam partem culam uersus, ego libens, sic uerterem: Direxerunt sagittam suam ad signum, Mihi enim hebraus uidetur dicere de ijs, qui sagittas emissuri dirigunt ad meritam propositam. Quod ex uerbo direxerunt apparet: Nam, nec pharetram, nec neruum proprie inuenio.

Patet autem psalmum loqui de impijs & hypocritis, quos iam saepius diximus nominari Raza, in iusticia propria incedentes, inimicos iusticiae dei propter deum & zelum ueritatis. Reddit autem rationem iam dictam, dicens: Dixi impijs uelle, ut fiam auis montium profuga, dimisso nidulo fiduciae meae in Christo, uere dixi, quia ecce dominus optime docet, seducunt recticordes & destrunt ea quae tu perfecisti, quo quid aliud faciunt quam inquietas & trepidas animas?

Celeberrima